UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa restau-||randa, pristinoq́ue nitori || restituenda.||

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

3. De Disciplina Monastica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63372

Visual Library

lanenſe & alia paſſim prouincialia pro exequutione Concilij Tridentini.

CAPVT III.

De Diſciplina Monaſtica præclarè inſtituta à S. Seuerino.

Eugipius in eius vita teſte Barocio tom. 6. Ann. fol. 300.

HAEc depromitur & petitur ex Monachorum regulis, quarum ferè eſt antiquiſſima Baſilij Magni, ex qua aliæ regulæ & normæ viuendi deriuatæ ſunt. Supra ca. 10. lib. 1 cum ex PP. & DD. Eccleſiæ de Diſciplina egi, quæcunque Baſilius habet de hoc argumento ſedulò excerpſi, Porrò Diſciplina Monaſtica variat pro varietate regularum & ordinũ. De ſingulis igitur ordinibus & regulis diſtinctè ex ordine erit breuiter dicendũ.

Qui poteſtatem habent legendi libros hæreticos, videant Rodolphum Hoſpinianum Tigurinum lib. 3. de Origine Monaſticæ in regula Baſilij fol. 43. 44. 45. prolixè in Reſponſionibus & Interrogationidus, & lib. 3. fol. 76. de Diſciplina corrigendi delicta io mouaſterijs ex Caſſiano folio 92. ratio viuendi in monaſterijs fol. 93. & 108. ididem lib. 4. de Origine Monaſticæ in Regula Benedicti, folio 122. 123. 126. 128. 131. libr. 5. fol. 182. 191. 194. 213. 218. 223. 231. 232. 233. 260. allegat Nicolaum Clemangem in libro de corrupto Eccleſiæ ſtatu, fol. 261. 268. 269. 271. 273. 281. 283. 284. libr. 1. cap. 5. de Eſſæis cap. 6. de Nazaræis cap. 7. de Rechabitis lib. 1. fol. 19. de Antonio. In 2. part. Stattutorum Ordinis Carthuſienſis capite vigeſimo ſecundo de Diſciplina in generale capituli, capite 23. de

Viſita-

Viſitationibus. cap. 24. De reprehenſione. cap. 25. De criminoſis & fugitiuis. Hieronymus Platus in libris tribus, de Laudibus religionis & religioſorum multa habet quæ pertinent ad laudem religionis & religioſorum diſciplinam lib. 1. ca. 15. De vita & victu ſeueriori. cap. 16. Diſciplina Monaſtica omniũ peccatorum materiam remouet. cap. 20. De abiectione & humilitate ſtatus religioſorum. cap. 21. religio ſchola omnium virtutum. ca. 24. Laus religionis ex ductu, & gubernatione Præpoſitorum. cap. 25. De vtilitate religionis ex regulis ſcriptis. lib. 2. c. 9. In religioſum ſtatum omnes virtutes confluere. cap. 35. Religiones continere ſtatum perfectiſſimæ Reipub. lib. 3. c. 4. De facilitate religioſorum Diſciplinæ. cap. 16. quod multi obijciunt, in religione eſſe multa aſpera. De pœna & Diſciplina Apoſtatarum monachorum Baronius. tomo 4. Annalium. fol. 633. 634. 448. 48. 49. De Inſtitutione Regulæ & Diſciplinæ Baſilij Magni in locis dictis. & folio 29. 30. 31. Clerici vocantur patres Monachorum Baronius. tom. 4. Annalium. folio 507. De Gregorij Nazianzeni vitæ inſtituto, more & Diſciplina viuendi cum Baſilio. tomo 4. Annalium. fol. 29. 30. auſterum vitæ genus ambo ducunt in eremo ibidẽ. tomo 4. folio 147. 184. Charta Viſitationis appellatur apud religioſos ea, quæ à Viſitatoribus poſt expeditam Viſitationem relinquitur & continet ſummarium receſſum celebratæ Viſitationis, eadem in proxima Viſitatione omnium primò producitur in medium. Ea autem eſt vtilitas maxima Diſciplinę & regulæ monaſticæ, quod per eam

li tanquam ligna curuata & inflexa vt Protagoras apud Platonem ait, vi & minis ſuppliciorum corriguntur, & ad ſpiritualis ædificarij vſum aptantur, & accommodantur ſic Franciſcus Turrianus, lib. 1. pro Canonibus Apoſtolorum. ca. 27. folio 132. Peſſimus abuſus Diſciplinæ eſt colare culicem & deglutire camelum. i. parua emendare & magna negligere & coruis dare veniam, & per ſeueram cenſuram vexare columbas. Difficiliorem autem eſſe correctionem ſui ipſius quam alterius docet pulchrè Stobæus in Sententijs, fol. 113. 582. Egregium documentum & adiumentum Diſciplinæ præſcribit S. Arſenius apud Socraté li. 4. c. 23. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Adulti ſeparandi ſunt, ex quo dolore facilè reſipiſcunt, iuuenis verò ſi ſeparetur efficitur Diſciplinæ contemptor. Hieronymus in epiſtola quadam ait difficilé eſſe correctionem, vbi malè aſſueueris, vel vbi mores in malam conſuetudinem & habitum abierunt, ibi enim vt Plautus loquitur mali mores Diſciplinam & ipſam virtutem in poteſtatem redegerunt ſuam vide Prateolum in oratione 1. de cauſis calamitatum Eccleſiæ in principio.

CAP. IV.

De Diſciplina Cluniacenſium ex MS. Codice Sieberge inuento de Ordine & conſtitutionibus, eorundem libro 3. cap. 3. & 4.

De Diſciplinæ Monaſticæ obſeruantia vide in Prato Spirituali citat Horautius fol. 317. b. à Principie.

POena eius, qui incidit in grauiorem culpá eſt eiuſmodi. Frater, qui taliter incurrerit lapſum venturus in Capitulum i. pedes nudat, capitium quoq; ſtamnij, ſui dextra leuaq; inciſione laxatur, vt poſſit brachia extrahere, & ſtamineum

cum